Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35120
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Jonatha filio saul · 1 · R · 21 · Et iu
ramentum fidelitatis cum ipso iona
tha filio saul · Venit solus in
Nobe civitate ad Achimelech
sacerdotem Et petiuit ab eo pa
nem vel cibum siquem habet
ad manducandum pro se et pueris
suis · Et videbat Achimelech
Non habeo panes laycorum sed tan
tum panem sanctum si mundi sunt pue
ri maxime a mulieribus mandu
cent etc. Et vide materia 1 · R ·
21 · Et tunc Achymelech dedit panem
propositionis ipsi david et gladium
Goliath Et saul per percipiens
ex relatione doech ut legitur
1 · R · 21 qui fuit prius Et postea
accusavit Achymelech coram
saul Tunc saul fecit vocari Achy
melech et alios sacerdotes de No
be Et ait ad eos Quare coniurastis
contra me tu et filius ysai Et pre
cepit servis suis ut irruerent
in eos et noluerunt Tunc precepit
Doech ydumite Et ille irruit
in eos et interfecit coram rege 85
sacerdotes Et civitatem Nobe
percussit in ore gladii vide in
1 · R · 22 · Et evasit unus sacer
dotum nomine Abyathar filius
Achymelech Et fugit ad david
nuncians quomodo saul occidisset
sacerdotes Et respondit david Scie
bam enim in illa die i · scire de
bueram Ecce quomodo david ha
buit ignorantiam transsumptam cum
ubi essent doech ydumeus procul
dubio annunciaret / Ergo sum
reus omnium animarum patris tui
etc. Tota materia est in 1º R ·
22 · David positus in hac tri
bulacione fecit hunc psalmum
Unde pro intellectu tytuli Chus
non debet esse proprium nomen sed

que sicut dicit Rabi salomon Et Iona
tha filius Oziel qui in translatione
caldayca sic exponit tytulum sum
ptum vel similem Unde Chusi
vel Chus est in latino tantum quan
tum ethyops vel filius dextre
Et per hoc figurat saul qui fuit filius
dextre Quia de tribu Beniamin
qui interpretatur filius dextre Et
per hoc figurat saulem qui dicitur ethyops
Eo quod fuit denigratus in fama
et moribus propter iniqua per
secucione david Et horrendam
sine federem occisione sacerdotum
nobe in odium david Huius occi
sionis david fuit reus et cul
pabilis propter ignorancia crassam
ut supra dictum est Ita quod est
sensus tytuli ignorancia david
i · psalmus quem fecit pro peccato ig
norancie Et quem cecinit domino super
verba Chus i · saulis filii gemi
ni i · talis viri Quia saul fuit
filius gemini ut patet 1º R 9º
Et dicitur super verba Chus i · saul quod
loquebatur cum Abymelech dicens
quare coniurastis contra me etc. Ad
hanc exposicionem tytuli con
cordat tytulus beati Jeronimi iuxta
hebraicam veritatem qui talis est
pro ignorancia david quem cecinit
domino super verba ethyopis filii ge
mini Et secundum hoc psalmus ille divi
ditur in duas partes Primo david
petit se liberari a persecucione saul
2º ad hoc allegat multipliciter
racionem ubi domine deus meus Primo
dicit sic domine pro omnium generale
gubernacione deus pro creacione
omnium meus pro specialem cultum et
devocionem · in te speravi scilicet
de tua bonitate confidens plusquam
de mea equitate · salvum me fac